Abula operis huius Qd Eusebius dicit d tēporibus: ut historiarū rerūqꝫ ceterarū i se sparsim variqꝫ conscriptarū: exoptanti singula facilia inuentu sint: iuxta seriem Alphabeti nomina rerum sunt ordinata: e directoqꝫ eius rei nominis numerus apparens chartā foliorum indicat. Cui si punctꝰ antecedere comperit. primū latus folij id qd queris ostendit. Si vo numerū illū punctus sequit: in altero latere folij qd queris legendū offert. Hoc tū animaduertendum si de eadē re diuersis in folijs fit memoria: iuxta idē nomē plures & diuersi numeri e directo positi ad plura & diuersa folia q̄aptissime iuestigantem deducunt.

A



di Scipione Ammirato

B



C

D

M

N

## Q



## R

T

U

## X



## Z



### L.J.L.D. Lectori Salutem.

Ne vagus in totũ ferreris sępe libel lũ
 Historiã quęrẽs ⁊ noua gesta virũ
Iũxim⁹ hãc opi tabulã q̃ cadide lector
 q̃ carta historia ẽ q̃qꝫ notata docet
Ne tñ ingratus sis tanti muner] :heia
 Qđ volo qđ cupio dẽt mihi fata roga

Lege foelicissime.

EVSEBII CAESARIENSIS EPISCOPI CHRONICON ID
EST TEMPORVM BREVIARIVM INCIPIT FOELICI/
TER: QVEM HIERONYMVS PRAESBITER DIVINO
EIVS INGENIO LATINVM FACERE CVRAVIT: ET VS
QVE IN Valentē Cęſarem Romano Adiecit Eloquio. Quē ET
Proſper deinde Mathe⁹ palmeri⁹ Qui ea quę cōſecuta ſūt adiicere
curauere eidē poſtpoſiti ſubſequunť. At primū Hieronymi in hui⁹
codicis aliquādo deſcriptores ut archetypus deſcribať adiuratio.

VERBA DIVI LITTERARVM PRINCIPIS HIERONYMI

Diuro te quicūq; hos deſcripſeris libros
ꝑ dominū noſtrū ieſū chriſtū et glorioſū
eius aduentū: in quo ueniet iudicare ui
uos & mortuos ut cōferas quod ſcripſe
ris & emēdes ad exēplaria ea de quib⁹
ſcripſeris diligenter. Et hoc adiuratiōis
genus tranſcribas & tranſferas in eum
codicem quem deſcripſeris.

Chronica Euſebii Hieronymi Incipit.
Pręfatio Hieronymi

EVſebius Hieronymus Vincentio & Galieno ſuis
Salutem. Vetus iſte diſertorum mos fuit ut exercen
di ingenii cauſa gręcos libros latino ſermone abſol
uerēt. Et quod plus ī ſe difficultatis habet poemata
illuſtriū uirorū addita metri neceſſitate tranſferrēt.
Vnde & noſter Tulius Platonis integros libros ad
uerbū interprętatus eſt. Et cū Aratū iā Romanū hexametris uerſib⁹
edidiſſet in xenophontis economico luſit. In quo opere ita ſępe au
reū illud flumē eloquētię quibuſdā ſcabris & turbulētis obicib⁹ re/
tardať ut qui interpręta ta neſciūt a Cicerone dicta nō credāt. Diffi/
cile eſt enī alienas linguas inſequentē nō alicubi excidere arduū: ut
quę in aliena lingua bene dicta ſunt: eundē decorē in tranſlatione
cōſeruēt. Significatū eſt aliquid unius uerbi proprietate nō habeo
meū quo id efficiā: & dum quęro implere ſententiā longo ambitu

uix breuia spacia cõsumo. Accedunt hiperbatorũ amphractus: dis/
similitudines casuũ: uarietates figurarũ Ipsum postremo suum & (ut
ita dicam) uernaculum linguę genus: si ad uerbum interpretor ab/
surde resonat: si ob necessitatem aliquid in ordine in sermone mu
tauero: ab interpretis uidebor officio recessisse. Itaq; mi Vincenti
charissime: & tu galiene pars animę meę obsecro: ut quicquid hoc
tumultuarii operis est amicorum: nõ iudicũ animo relegatis. Prę/
sertim cum & notario ut scitis uelocissime dictauerim: & difficul/
tatem rei etiam diuinorum uoluminũ instrumenta testantur: quę
a.lxx. interpretibus edita: nõ eundem saporem in gręco sermone
custodiũt. Quã ob rẽ Aquila & Symacus: & Theodocion incitati
diuersum pene opus in eodẽ opere prodiderunt: alio intente uer/
bum de uerbo exprimere: alio sensum potius sequi: tertio nõ mul
tum a ueteribus discrepante. Quinta autem & sexta & septima ędi
tio licet quibus censeatur auctoribus ignoretur: tamen ita proba/
bilem sui diuersitatem tenẽt: ut auctoritatem sine nominibus te/
nuerint: Inde adeo uenit: ut sacrę litterę minus compte: & dure so
nantes uideantur: quod diserti homines interpretatas eas de he/
breo nescientes: dum superficiem non medullam inspiciunt: ante
quasi uestem orationis sordidam perhorrescant: q̃ pulchrũ intrin/
secus rerũ corpus inueniant. Deniq; quid psalterio canorius! quod
in morem nostri Flacci: & gręci pindari: nunc iambo currit: nunc
alcaico personat: nunc sapphico tumet: nunc semipede ingreditur.
Quid Deuteronomii: & Hesaię cantico pulchri⁹! Quid Salomõe
grauius! Quid pfecti⁹ Iob! quę oĩa hexametris: & penthametris
uersib⁹ (ut Ioseph⁹ & Origenes scribũt) apud suos composita de/
currunt. Hęc cum gręce legimus aliud quiddam sonant: cũ latine
penitus inherent. Quod si cui non uidetur linguę gratiam inter/
prętatione mutari. Homerum ad uerbũ exponat latinũ. Plus ali/
quid dicam: eundẽ in sua lingua pro se uerbis interprętetur: uide/
bit ordinem ridiculum: & poetam eloquentissimũ uix loquentem
Quorsum ista! uidelic; ut non nobis mirum uideatur si alicubi of/
fendimus: si tarda oratio aut consonantibus aspiratur: aut uocalib⁹
hiulca uel diuisa sit: aut rerum ipsa breuitate constringitur cũ eru/

ditissimi homines in eodem opere sudauerint. Et ad cōmunē diffi
cultatem quam in omni interpretatione causati sumus. Hoc nobis
proprium accedat quod historia multiplex est: habens barbara no
mina: res incognitas latinis: numeros inexplicabiles: uirgulas: re/
bus pariter ac numeris intertextas: ut pene difficilius sit legendi
ordine discere: q̄ ad lectionis noticiam peruenire. Vt autem mani
festo cognoscatur indicio ad quem numerum historia queq; perti/
neat: has distinctiones positas lector aduertat: ut si ad primum nu
merum regni primitus annotati historia referenda est: primā litte/
ram in explicatione historię contempletur: & siquidē eam ex mi/
nio uiderit: illi tempori applicandam uel anno sciat quem sugges/
serit numerus similiter eodem minio figuratus. Si uero numerum
non puro minio sed mixto nigro notatum esse peruiderit: secun/
dę lineę numero debetur historia. Si autem tertio numerorū or/
dini applicandum est quod fuerit adscriptum mediū puro minio
numerum & partem reliquam ex solo nigro expressam conspica/
bit. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio: sed indicio erit
quod sibi historia debeatur cū minio facta littera in principio eno
dationis historię quę etiam superioribus signis subdēda ē: nihilo/
minus apparebit nullo superius memoratorum signorum in nu/
meris respondere. Sin uero nō minio: sed mixtum nigro: rubroq;
littera fuerit expressa: refulgens ex rubro numerus in quintam nu
merorum lineam poterit aduerti. Et ita sexta linea numeri ut secū
da: septima ut tertia designabitur. octaua quoq; ut quarta apparēte
littera bicolori. Cum uero nec in numeris: nec in explanatione hi
storię ullum illorum: quę prędiximus signorum fuerit: nona linea
quod annotatum fuerit uendicabit. Non tamē omnia huiusmodi
requirenda sunt necessario cum minor est numerus linearū. Vnde
pręmonendum puto: ut prout q̄ scripta sunt: etiam colorum di/
uersitates seruent: ne quis irrationabili extimet uoluptate: oculis
tantū rem esse quęsitam: & dum scribendi fugit: laberinthum erro
ris intexat. Id enim elucubratū est: ut regnorum tramites qui per
uicinitatem nimiam pene mixti erant distinctione nimii separent
& eundem coloris locum quē prior membrana signauerat: ex ad/

uerso positi numeri retinerent: uel etiam posterior scriptura serua/
ret. Nec ignoro multos fore: qui solita libidine detrahendi omni/
bus quod uitare non potest: nisi qui omnino nil scribit huic uolu/
mini geminũ dentem infigant. Calumniabuntur in tempora: con/
uertent ordinem: res arguent: syllabas uentilabunt: & quod acci/
dere plerisq; solet negligentiam librariorum: ad auctores referent.
Quos cum possem meo iure repercutere: ut si displicet non legant
malo breuiter placatos dimittere: ut & grecorũ fidem suo auctori
assignẽt: & quę noua asseruimus de aliis probatissimis uiris libata
cognoscant. Sciendum etenim me esse & interpretis & scriptoris:
ex parte officio usum: quia & greca fidelissime expressi: & nõnulla
quę mihi intermissa uidebantur adiieci: in romana maxime histo/
ria quam Eusebius huius conditor libri: nõ tam ignorasse: utpote
eruditissimus: q̃ ut grece scribens parum suis necessariam perstrin/
xisse mihi uidetur. Itaq; a Nino & Habrahã usq; ad Troię captiui
tatem pura gręca translatio est. A troia usq; ad uigesimũ Constanti
ni annũ: nunc addita: nunc mixta sũt. Plurima quę de Tranquillo:
& cęteris illustrib⁹ historicis curiosissime excerpsimus. A Constan/
tini autem supra dicto anno: usq; ad consulatum augustorũ Valen/
tis sexies & Valentiniani iterum totũ meum est. Quo fine conten
tus reliquũ temp⁹ Gratiani & Theodosii latioris historię stilo re/
seruaui: non quo de uiuentibus timuerim libere & uere scribere
Timor enim dei hominũ timorem expellit: sed quoniã debaccan
tibus adhuc in terra nostra barbaris incerta sunt omnia.

Hieronymi prefatio Explicit
Eusebii interpretata Prefatio Incipit

Oysen gentis hebraicę qui primus omniũ prophe/
tarũ ante aduentũ domini saluatoris diuinas leges
sacris litteris explicauit. Inachi fuisse temporib⁹ eru
ditissimi uiri tradiderũt: Ex nostris Clemens & Af
ricanus & Tacian⁹: ex iudęis Iosephus & iustus: ue
teris historię monimẽta replicãtes. Porro Inachus. 500. annis troia

num Belum antecedit. Ex Ethnicis uero impius ille Porphyrius in quarto sui operis libro: quod aduersum nos casso labore contexuit. Post moysen Semiramim fuisse affirmat: q̄ apud Assyrios. 150 ante. Inachum regnauit annis. Itaq; iuxta eum. 800. pene & . 50. annis. Troiano bello Moyses senior repperit. Cum hęc ita se habeant necessarium duxi ueritatem diligentius persequi: & ob id in priore libro quasi quandam materiam futuro operi omniū mihi regū tempora prenotaui. Chaldeorum Assyriorum Medorum Persarū Lidorum Hebręorum Aegyptiorum Atheniensium Sicioniorum Argiuorum Lacedemoniorum Corinthiorum Thessalorum Macedonum Latinorū: qui postea romani nuncupati sunt. In pręsenti autem stilo eadem tempora contra se inuicem ponens: & singularum gentium annos dinumerās: ut quid cuiq; coętaneum fuit: ita curioso ordine coaptaui. Neq; me fugit in hebreis codicib⁹ dissonos ętatum annos inueniri: plusq; uel minus prout interpretibus uisum est lectitari: sequendumq; illud potius quod exemplariorū multitudo in fidem traxit. Verū utcunq; quis uolet computet: & reperiet Inachi temporibus (quē primū argis regnasse aiunt) patriarcham hebręorum fuisse Israelem: a quo duodecim iudęorum tribus israelitis uocabulū sortite sunt. Semiramim autē & Habraham contemporales fuisse manifestū est. Nam Moyses licz iunior supra dictis sit omnibus: tamen quos gręci antiquissimos putāt: senior deprębendit Homero scilicz & Hesiodo troianoq; bello: ac multo superius Hercule Museo Lino Chirone Orpheo Castore Polluce Esculapio Libero Mercurio Appoline: & cęteris diis gentiū: sacrisq; uel uatib⁹. Ipsius quoq; Iouis gestis quem gręcia in arce diuinitatis collocauit. Hos inquā omnes quos enumerauimus etiam post Cecropem Dephiē primū atticę regē fuisse conuincim⁹ Cecropem autem pręsens historia Moysi coętaneum ostendit: & antecedere troianū bellum annis. 350. Quod ne cui dubiū uideat sequens ratio sic probabit. 42. anno imperii Augusti Christus nat⁹ est. 15. Tyberii anno pręedicare orsus est. Si quis igitur retrorsū annorum supputat numerum: alterū Darii regis persarū quęrat annū sub quo templum hierosolymorum quod a babyloniis destructuz

fuerat instauratum est. Reperiet a Tyberio usq; ad Darium annos 548. Darii quippe secundus ann9.65 Olympiadis anno primo fuit & Tyberii. 15. in. 210. Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium & Tyberium Olympiades. 137. anni. 548. quadrienio in una Olympiade supputato. Deinde. 2. darii anno. 70. desolationis templi annus expletur: a quo usq; primã Olympiadẽ retrorsum numerantur Olympiades. 64. anni. 256. qui similiter supputantur a supradicto desolationis templi anno usq; ad. 50. annũ Ozię regis iudęorũ sub quo Hesaias & Osee fuerũt. Itaq; prima olympias in Hesaię & reliquorũ incurrit ętatem qui cum eo prophetauerunt. Rursum si a prima olympiade ad superiora tẽpora usq; ad captiuitatẽ troię prouehandis inuenies annos. 460. quos & nos in priore opusculo digessimus: & curiosissima grȩcorum historia conscribit. Item apud hebreos a supradicto Ozię ãno & temporib9 Hesaię prophetę usq; ad sanson & tertium annũ Labdon iudicis supputabis annos. 460. Sanson autem est quem in coporis robore Herculi similẽ ferunt posteri iudęorum & mihi uidetur non multũ inter se distare tempore. Siquidẽ ambo circa troię captiuitatẽ fuerunt. Post hoc iterũ ad priora conuertere: & cum. 300. tibi &. 28. annos pes retroactus impleuerit gręcorum Cecropem Delphion & Moysen inuenies hebreorum. Nam &. 45. Cecropis anno usq; ad captiuitatem troię & ab. 80. ętatis Moysi anno in qno populum israeliticũ de ęgypto eduxit usq; ad Labdon & Sanson iudices: computantur anni. 328 Itaq; sine ulla ambiguitate Moyses & Cecrops qui primus atheniensium rex fuit iisdẽ fuere temporibus. Porro iste & Cecrops Delphies indigena sub quo primũ in arce oliua orta est: & atheniẽsiũ urbs ex mineruo appellatione sortita nomen. Hic primus omniũ Iouem appellauit simulacra repperit: aram statuit: uictimas ĩmolauit: nequaq̃ istiusmodi rebus in gręcia usq̃ uisis. Cętera quoq; quę apud grecos mira iactantur: posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis consequenter & Moysi qui cũ Cecrope fuit. Post hunc enim scribitur diluuium sub Deucalione: incendium sub Fetonte Erichthonius Vulcani & trie filius Dardanus: qui dardaniam condidit de quo Homerus. Quem primũ genuit

cęlesti iupiter arce. Liber quoq3 & raptus europe: sacra cereris atq3 isidis delubrum in eleusina frumenta triptolemi regnũ trois cui9 dii natum ganimedem ad sidera raptum. Vina Iouis magni uoluerunt fundere mensis: quo tempore quoq3 Tantalus & Titius fuerunt & Apollo natus. Nam & latona Iouis coniunx tũc paticia fugit: Latone autẽ Iouis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas uenit qui Semelẽ genuit: de qua pulcherrima proles. liber condignã partu tulit ędita frugẽ. Porro liber & reliqui quos mox inferemus: post. 200. annũ Cecropis fuerũt. Linus sc3 & Zethus & Amphion. Museus Orpheus Minos Perseus Esculapius Gemini Castor & Pollux. Hercules cum quo Apollo seruiuit admeto. Post quos facta ẽ troianę urbis euersio: quã Homer9 longo sequit inter uallo. Homerus autẽ Solone & Telete millesco cęterisq3 qui cum his septẽ sapientes appellati sũt multo prior reperitur. Deinde Pythagoras extitit qui se nõ sapientem ut priores sed philosophũ. i. amatorem sapientię dici uoluit. Quem secutus Socrates Platone3 erudiuit: a quo famosa in partes philosophia diuisa est. Horũ singulos iuxta ordiuẽ sequẽtis historię: suis locis inserem9. Igit Moyses cunctos quos supra memorauimus antecedit: qui ętate Cecropis fuisse mõstratus est. Ab. 80. autẽ anno Moysi & egressu israel ab ęgypto rursus ad superiora conuersus usq3 ad primũ annũ Habrahę reperies annos. 550. quos similiter a. 45. anno Cecropis usq3 ad Ninum & Semiramim assyriorũ principes supputabis. Primus quippe omniũ Asię exceptis Indis Ninus Beli filius regnauit. Itaq3 manifestũ est Habrahã Nini ętate generatũ: iuxta eũ tamẽ numerũ que3 contractiorẽ editione uulgata sermo prębet hebreus. Verũ in curiositate nę cesses & cũ diuinã scripturã diligenter euolueris a natiuitate Habrahę usq3 ad totius orbis diluuiũ inuenies retrorsũ annos 842. Itẽ a diluuio usq3 ad Adã. 2242. ĩ qb9 nulla penit9 nec gręca nec barbara (ut loquar ĩ cõmune gentilis) repperit historia. Quã ob rẽ pręsens opusculũ: ab Habrahã omnino usq3 ad nostrã ętatẽ inferiora tempora persequet: & statim in principio sui hebreorũ Habrabam assyriorũ Ninũ & Semiramim proponet. Quia neq3 athenarũ adhuc urbs: neq3 argiuorũ regnũ nomẽ acceperat: Solis sicioniis in in gręcia florentibus. Apud quos temporibus Habrahę & Nini:

Europem secũdũ regnasse ferũt: quod cur etiã nos putemus ex se/
quentibus demõstrabit. Si enĩ diligenter enumeres ab ultima ęta/
te Nini usq; ad troię captiuitatẽ inuenies annos. 833. Itẽ in Sitio/
ne a. 22. anno regis Europis usq; ad supra dictũ temp⁹: eosdẽ annos
inuenies. 834. Apud hębreos quoq; a natiuitute Habrahã usq; ad
Labdon & Sanson iudices hębreorũ: qui troianis temporib⁹ pplo
pręfuerunt: ęque supputabis annos. 834. Itẽ apud ęgyptios ab ętate
Nini & Semiramidis: quo tẽpore sextadecima iam Dinastia Thebei
ęgyptiis imperabãt usq; ad. 20. Dinastiã & regẽ ęgypti Thuori
qui ab Homero Polyb⁹ uocat: sub quo troia capta ẽ: colligunt etiã
supradicti anni. 834. Igit cõsequenter in libelli fronte ponim⁹ uno
eodemq; tempore Habrahã Ninũ Semiramim Europẽ ęgyptiorũ
Thebeos: & hęc quidẽ ita se habere ut pręfati sumus: posterior te/
xtus ostendet. Nũc illud in cura ẽ: ut etiã hebręorũ ãnos in qttuor
tempora diuidamus. Ab Habrahã usq; ad Moysen. A Moyse usq;
ad primã ędificationẽ templi. A prima ędificatione templi usq; ad
secundã instaurationẽ eius. Ab instauratione eius usq; ad aduentũ
domini. A natiuitate quippe Habrahę usq; ad Moisen & egressu
israel ex ęgypto cõputant anni. 550. A Moyse usq; ad Salomonẽ &
primã ędificationẽ templi anni 429. secundũ minorẽ tamẽ numerũ
quẽ tertius regnorũ liber cõtinet. Nam iuxta uolumẽ iudicũ sup/
putant anni. 600. A Salomone uero usq; ad instaurationẽ templi: q
sub Dario persarũ rege facta est: colligunt anni. 512. Porro a Dario
usq; ad prędicationẽ dñi nři iesu christi: & usq; ad undecimũ annũ
Tyberii principis romanorũ explent anni. 548. Itaq; simul fiunt ab
Habrahã usq; ad. 15. Tyberii annũ: anni. 2440. Similiter a Nino &
Semiramide usq; ad Moysen & Cecropẽ ãni. 550. A Cecrope usq;
ad captiuitatẽ troię: anni. 329. A captiuitate Troię usq; ad primam
Olympiadẽ ãni. 460. A prima Olympiade usq; ad secũdũ Darii ãnũ
& instaurationẽ tẽpli: ãni. 256. A secũdo Darii ãno & instauratiõe
templi usq; ad. 15. annũ Tyberii Cęsaris: ãni. 548. Fiũt simul a Nino
& Semiramide usq; ad. 15. Tyberii annũ. ãni. 2430. quos & ab Ha/
brahã usq; ad Tyberiũ ostẽdim⁹ supputatos. A Tyberii aũt. 15. ãno
usq; ad. 14. annũ Valentis quo interiit. numerant ãni. 351. Itaq; fiũt
anni istius historię. 2395. Et nę long⁹ ordo numerorũ aliquid forte

turbationis afferat omnẽ annorũ cõgeriem in decadas decidimus quas ex singulariũ gentiũ historiis cõgregãtes: sibi inuicẽ fecimus esse contrarias: ut facilis prębeat inuentio: cui⁹ gręci ętate uel barbari pphetę & reges & sacerdotes fuerũt hebreorũ. Item qui diuersarũ gentiũ falso crediti dii: q̃ Heroes: aut quãdo urbs condita: qui de illustribus uiris philosophi: poetę: pncipes: scriptoresq; uariorũ operũ extiterũt: & si qua alia digna memoria putauit antiquitas: q̃ uniuersa in suis locis cum sũma breuitate ponemus.

Eusebii interpretata pręfatio explicit.
Exordium libri Incipit.

INcipiũt tempora totius sęculi: Regesq; gẽtiũ omniũ: quibus locis quibusq; temporib⁹ in suis prouinciis: & quantũ regnauerũt uel si quid memorię dignũ per generationes natiuitates & regna: & ducatus p oẽm actũ iudicũ: & omniũ regũ Iuda: & aliorũ qui nõ ex eadẽ tribu regnauerũt: & p regnũ Assyriorũ: cęterarũq; gentiũ: & tẽpora Dictatorũ cũ Cõsulib⁹ ordinariis. Sed & tẽpa Imperatorũ & Cęsarũ: & quib⁹ tẽporib⁹ historiographos fuisse dixerunt sed & successiones eorũdẽ: quod p ordinẽ rerũ superius declaratũ est. Quorũ uniuersa tempora gesta siue apud hebręos uel apud grecos uel apud romanos siue apud barbaros: cęterasq; gentes quę gesserunt uel cõstituerũt p historias in hoc libro plenissime demõstrantur: quod & in libro hoc historię singulę conscriptę declarant deorũ generationẽ uel singulorũ pgeniẽ siue his temporibus ipsis ante latis quę gesserũt & tempora Olympiadũ: ex quo prim⁹ agon gymnicus cõstitut⁹ ẽ quod gręci Olympias appellãt. Et quo tẽpore aduẽtũ fuit saluatoris nostri iesu christi: siue passionẽ eius: Simulq; & noĩa episcoporũ ecclesiarũ numero quattuor: hoc ẽ Romanorũ Alexandrię Hierosolymorũ & Antiochię: qui per easdem ciuitates metropoles prouinciarum episcopi: quantũ temporis singuli sederũt: uel qui eorũ episcopatus tpe sui martyrii coronat⁹ sit: siue tẽpora psecutionũ quib⁹ tpibus ecclię dissipatę sunt. Sed & tẽpora regũ Macedonũ Alexandrię: & quoto agone olympiacorum uel quibus temporibus seu consulibus finẽ Alexander fęcerit iudęis:

uel Vespasianus insecutionē siue destructionē templi eorũ miserit & tributa eis cõstituit numeratio tēporũ nõ solũ ante hominũ ge/nus sed etiã ante lumĩa ipsa atq; stellas esse cognoscit. Nã cũ primũ fecit de⁹ celũ & terrã cũ ipsis quoq; elemẽtis que in his elemẽtis cõdita sũt id ē aqua & spiritus abyssosq; & tenebras: nec dũ luminib⁹ neq; sideribus cõstitutis dixit deus: Fiat lux: & facta ē lux: & uidit deus lucē quia bona est: & separauit deus inter lucē & tenebras: & uocauit deus lucē diē & tenebras uocauit noctē: & factũ est uespe & mane dies unus. Hic primus dies seculi non prim⁹ dierũ omniũ Ideoq; nõ primus sed unus noĩatus est. Secũdo autē die factũ est firmamentũ in medio aquarũ quod & diuisit inter aquã & aquã. Tertio aũt die cõgregatę sũt aquę q̃ sũt sub cęlo in cõgregationē unã & apparuit arida quã deus terrã nomĩauit: atq; cõgregationes aquarũ appellauit maria. Herbãq; pduxit terra & lignũ fructiferũ cũ semĩe suo. Quarto igit̃ die facta sũt luminaria duo ĩ firmamẽto cęli ut lu/ceãt sup terrã ad ĩchoationē diei & noctꝭ: & ut diuidãt inter diē & noctē & sint in signa & tẽpora & dies & annos & sint in splẽdorē firmamẽti cęli & luceãt sup terrã. Quib⁹ ita pfectis manifestũ ē lu/minibus ipsis antecedere lucē trib⁹ dieb⁹. Vnde mihi uident̃ ęgy/ptii cęterẽq; gẽtes hoc sequẽtes decretũ: ut quattuor annis impletꝭ diē integrũ supfluũ adiicere quē etiã bisextũ noĩauere. Nã cũ tres dies istos cõputare q̃ sint atq; recogitare uoluerim⁹ uni⁹ ãni cẽtesi/mã uigesimãq; partē istã esse cognoscimus. cẽtesima aũt & uigesima dies inuicē cõputata ista tertia pars esse ãni dignoscit̃ Tertia ergo addita parte annuali quadriẽnio dies integer cõplet̃ atq; ad partiũ partes mẽses atq; anni supflui cõputant̃: quos hebrei quidē embo/lismus uocare solẽt. Aegyptii aũt exaltatõẽs siderũ atq; stabilitates appellãt: ĩmo bisextũ ob rememorationē lucis atq; dierũ & noctiũ q̃ luminib⁹ triduũ antecesserũt celebriter: ideo q͂ tres dies sine au/ctore sole pcesserũt: Nos igit̃ tẽpora cõscribim⁹ nõ q̃ sũt seculi mũ/di neq; luminũ aut siderũ neq; fructuũ aut lignorũ aut pisciũ sed generationes hominũ: cui⁹ prim⁹ fuit Adã factus sexto die. Quinto aũt die dixit domin⁹: Educãt aquę reptilia animarũ uiuarũ & uolatilia rerũ cęli & factũ est sic: & fecit de⁹ beluas & cetos & oẽm ani/mam uiuã repente quas eduxerunt aquę secũdũ suũ genus & uidit

deus quia bona sūt:& benedixit ea deus:& dixit:Crescite & mul/
tiplicamini: & replete aquas quę sunt in mari:& uolatilia multipli
centur super terram:& factū est uespere & mane dies quintus. Se/
xto autē die dixit dominus: Educat terra animā uiuā secundū suū
genus: quadrupedia & reptilia bestias terrę secundū suum genus:
& uidit deus quia bona sunt & dixit:Faciamus hominē ad imagi/
nem & similitudinem nostram:& habeat potestatem piscium maris
& uolatilium cęli:& omniū iumentorum & totius terrę: & omni/
um reptilium quę sunt super terram:& fęcit deus hominē secundū
imaginem dei fęcit eum:masculum & foeminā fęcit eos: & benedi
xit eos deus dicens:Crescite & multiplicamini & replete terram:
& dominamini eius:& habete potestatem piscium maris & uola/
tilium cęli & omniū reptilium quę sunt super terram. Quomodo
autē deus eum & unde fęcit post alia dicit. Et finxit hominē deus
de limo terrę: & insufflauit in faciem eius spiritum uitę:& fact⁹ est
homo in animam uiuentem.Et iterum postea alia: & dixit domi/
nus deus. Non esse bonū hominem solum : faciamus ei adiutoriū
secundū eum.Et post alia. Adę autem non est inuentus adiutor si/
milis illi:& immisit deus soporem in Adam & obdormiuit:& ap/
prehendit unam costam de latere eius:& repleuit locum caro eius
& ędificauit dominus costam quam sumpsit ab adam in mulierem
& adduxit eam ad Adam uidere quid eam uocaret.Et dixit adam
hoc nunc os ex ossibus meis:& caro de carne mea. Hęc uocabitur
uirago quia de uiro suo sumpta est. Ex his duobus omnis hominū
multitudo procreata est. Vnde etiam nos dinumerationē tempo/
rum facientes incipimus.Adam.Eua. Adam autem uocauit nomē
mulieris suę Eua quod interpretatur uita:quia ipsa est mater uiuen
tium. Adam autem cognouit Euam uxorem suam : & concipiens
peperit Cayn: & dixit:acquisiui hominē per deū : & adiecit fratrē
illius parere Abel: Et factus deo obsequēs pastor ouiū. Cayn uero
agricola. Igitur cum uterqȝ de suorum laborum fructibus īmolarēt
apparent autem oblationes Abel acceptabiles magis coram domi
no:Tactus cayn inuidia:insolens fratrem innocentem interemit:
cuius morte genitor consternatus ac sublet⁹ in tēpora ab amplexu

coniugis abstinuit. Adam cũ uero esset annorum. 130. genuit Seth. Deinde alios mares & foeminas. Fuerũt autem anni eius. 930. Seth autem cum esset annorum. 150. genuit enos. Deinde in temp⁹ alios mares & foeminas. Fuerunt autem anni eius. 912. Enos uero cum iam esset nonagenarius genuit caynam. deinde alios filios & filias Fuerunt autem anni eius. 950. Caynam uero cum esset septuagenarius: genuit malalech: deinde alios filios & filias: Fuerunt omnes anni eius. 910. Malalech quadragenari⁹ genuit iarech. deinde alios filios & filias: fuerũt anni eius. 895. Iarech in. 142 ãno genuit enoch deinde in tempora alios filios & filias. Fuerunt anni eius omnes 842. Enoch autem in. 65. anno genuit mathusalem: deinde alios filios & filias: uir fuit iustus uixit in humanis annis. 365. & assumpt⁹ est. Mathusalem uero in. 187. anno genuit Lamech: deinde alios filios: omnes anni eius. 969: Lamech autẽ in. 182. anno genuit Noe: qui interpretatur consolator ab operibus manuũ nostrarũ in terra cui maledixit dominus: & deinde alios filios & filias: Fuerũt oẽs anni uitę eius: 778. Superiori tempore cayn fratricida ob diuinam indignationem profugit ad orientalem plagam: & consedit apud regionem edem. Cognouit autẽ uxorem suam: & genuit Enos: ad cuius proprium nomen fundauit urbem in uocabulo filii. Porro Enos genuit Iareth: quę genuit madiel: qui genuit mathusael: qui genuit Lamech: qui ex argumento uaticinatus diuinam ultionem septuplum fuisse in cayn propter homicidium fratris. Si autem septuagies septies futuram ob necatũ a se adolescentem sui uulneris in liuore. Iste lamech duxit sibi binas uxores. adach. s. & selach. ex Adach genuit Iabel: qui primũ intra tentoria habitaculis morẽ gessit. Ex eadem genuit thubal: qui fuit citharedorum primus. Ex selach genuit thubalcayn: qui mirabilis maleator fuit ĩ omni fabrili arte metallorum. Noe uero cum quingentorum esset annorum genuit Sem Cham & Iaphet: & cum multiplicassent homines super terram ualde: ac ducerent uxores speciosas: in quarum forma exarderent in concubitum: prout cuiusq; libido fuit. Ex quibus gigantes uiri famosi potentes a sęculo geniti in populos flagitiosos crescerent procliuos ĩ omni facinus: spreto diuino timore sine cul

tu religionis. Cũ foret autẽ Noe solus iustus placẽs deo in genera/
tionibus suis: decreuit deus seruari de quacunq; specie ad reparan
dum semen cuiuslibet animantium. Cętera autem uniuersa per di/
luuium perdere: ac ulcisci ab homine usq; ad pecus: tam uolatiliũ
q̃ reptantium super terram. Instituit ergo Noe fabricari archam ex
lignis elaboratis & leuigatis tabulamentis: altam. 30. cubitis latam
50. longam. 300. & in cubito consumatam: bithumine linitã intrin
secus & extrinsecus: diuisam in mansiunculas & tristega. In quam
sic dispositam introiuit noe cum filiis & uxoribus suis: ac introdu
xerunt nutu dei ex omnibus animantibus mundi & foeminas se/
ptena: ex ĩmundis uero bina: escam similiter iuxta proprium cuius
libet naturã conuenientia ad uescendum pabula. Septimo aũt die
ab ingressu archę quę fuit. 17. mensis secundi: excesserunt aquę ter
minos & confinia naturę: tantaq; uis imbrium largissimarũ est ex/
orta: tam ingens aquarum abyssus inuasit continuo incremento
per dies quadraginta scissis catharactib9 cęli: donec nę dum super/
ficiem totius orbis sed uniuersa montium cacumina sub undis in/
uoluerent cubitis. 15. altiores. Porro archa ferebatur super aquas
ex qua consumpta est omnis caro quę mouebatur super terrã: uo/
lucrum: animantium: bestiarum: omniũq; reptilium quę reptabant
super terram: uniuersi homines: & cuncta in quibus erat spiraculũ
uitę. Obtinuerũtq; aquę terras 150. diebus: & recordatus est deus
Noe: & omniũ animantium quę erant cum eo in archa: adduxitq;
spiritum super terram & cessauit aqua: & adoperti sũt fontes abyssi
& catharacte cęli: & cessauit pluuia de loco: & deficiebat aqua de/
scendens a terra: & diminuebatur aqua post. 150. dies: & sedit ar/
cha in septimo mense. 27. die mensis super montes arath. Isti mon/
tes in armenia superiore sũt secus persas. Aqua autem magis dimi/
nuebatur: usq; decem menses. Decimo autem mense primo die mẽ
sis uisa sunt capita montium. Et factum est post. 150. dies apperuit
Noe fenestram archę quam fecerat: & dimisit coruum uidere si ces
sasset aqua a facie terrę: & exiens non est reuersus ad eum: & susti/
nuit donec siccaretur aqua a terra: & dimisit columbam a se uideri
si aqua cessasset a facie terrę: & non inueniẽs colũba requiẽ pedib9

suis: reuersa est ad eum in arca: quia aqua erat super omnem faciē terrę. Extendens autē manus suas Noe accepit eam & induxit eā apud se in arcam: & sustinuit adhuc septem dies alios: & iterum dimisit columbam de arca: & reuersa est ad eum columba ad uesperum: & habuit folium oliuę cum surculo ī ore suo. Et intellexit Noe quia cessauit aqua a facie terrę: & sustinuit Noe adhuc septem dies alios: & dimisit columbam: & nō est ausa reuerti ad eum. Tenuit ergo diluuium terrę donec siccaretur annum integrum. Postq̄ introiuit autem Noe in arcam septimo die inclusit: deinde foras fenestram arcę: &.40.diebus. &.40.noctibus: facta est pluuia: stetitq; aqua.150.dies. Postq̄ istos dies clausi sūt fontes abyssi: & cępit aqua diminui. Septimo autem die sedit arca sup montē arath. Diminuebatur autem aqua usq;.11.menses. Prima autem die hui9 mensis capita montiū reliquorū uisa sunt: & cętera ut supra. Postea Noe denudauit arcę tectum post annum integrum: & hoc ipsum scribitur & significat dicens. Et factum est in primo & sexto anno uitę Noę: primo die mensis cum minuisset aqua a facie terrę: denudauit Noe tectum arcę quod fęcerat: & uidit q͂ defluxisset aqua a facie terrę. In secundo autem mense.7.&.20.die mensis: siccata est terra: & exiit Noe & uxor eius & filii eius & uxores filiorū suorū cum eo: omnes bestię & omnia pecora: & omnia reptilia quę mouentur super terram secundū genus suum & omnia uolatilia secūdum genus eorum exierunt de arca.

¶ Ab Adam usq; ad diluuiū sunt anni.2242. Secundū hebreorū numerum.1656. Et facti sūt omnes dies Noe anni.950.& mortuus est. Filii Noe: Sem Cam & Iaphet. Filii Sem. Elam Vnde elamite Assur Vnde assyrii Arphasath Vnde aradi. Lud Vnde Lidii. Arain. Vnde syrii. Aramei autem syriace dicuntur filii Aram gentes barbarorum. uscealgatus quę mosos sunt sub persas. Filii Cham Chus Vnde ęthiopes. Mestre Vnde ęgyptii. Furfur Vnde ęthiopū gens Canaam. Cananei. Filii autē Chus. Sabba. unde Sabęi dicti. ab ista terra. regina uenit uidere sapientiā salomōis. Euigilat gens Elulea. Filii Iaphet. Gomor & Mogog Etinade & Iosan Etilisa & Thobel & moso & Chitas. Filii gomer Aschani Vnde gentes gothicę.

NAtiones Sem. Arpha-
rat genuit Sala: Sala
aũt genuit Heber: vnde
Hebꝛei. Filij autẽ He-
ber Phalex ⁊ Jethan.
Jethan aũt genuit El-
moda ⁊ Aleph ⁊ Assarmoth ⁊ iarach
⁊ Aodoꝛ ⁊ Eçiel ⁊ Decla ⁊ Abimelech
Sabeth ⁊ Laphir ⁊ Eiula ⁊ Jobab.
Hi omnes sunt filij Jethan. Et facta
est habitatio ipsoꝛum a Masse vsq;
dum veniatur in Sepheta montẽ Oꝛ
phesis. Hi filij Sem ĩ tribus suas ſm
linguas suas: in regiones suas: ⁊ na-
tiones suas.

Ationes Cham. Sab-
bata ⁊ regia Sebecca-
ta. Filij autẽ Regina:
Saba ⁊ Judaclã. Chꝰ
autem aũt genuit Nẽ-
bꝛoth. Hic coepit eẽ gi
gas super terram venatoꝛ ante dñm.
Et factum est in initio regni eius Ba
bylon Oꝛeg ⁊ Chalcadar ⁊ Jacar ⁊
Calanna. Et in t̃ra Sanar ubi statuit
Nabuchodonosoꝛ statuam suam. Et
Menstren genuit Ludin ⁊ Enibin ⁊
Labij ⁊ Neptali ⁊ Patrionoin: ⁊ Cas
lonoin: vnde egressus est inde Phili-
stin ⁊ Thachoꝛo. Jnchanaan autem
genuit Sidona p̃mogenitũ: ⁊ Leth-
meum ⁊ Eueam ⁊ Arucheum ⁊ Asse
meũ ⁊ Aradiũ ⁊ Samareũ ⁊ Marti
Hi sunt filij Cham in tribus suas ſm
linguam suam ⁊ terris suis ⁊ gentibꝰ
eoꝛum.

Ationes Japhet. Eri-
phat ⁊ Joꝛgama. Filij
asson Clisa ⁊ Tharsis.
⁊ Citu ⁊ Rhodij: Ex
bis dispersis sũt insulę
gentium in terra eoꝛum vnusquisq;
scd̃m linguam suã in tribus suas: et
in gentibus suis.

Em filius Noe cũ esset
annoꝛũ. 100. genuit Ar
pharat secũdo ãno pꝰ
diluuiũ. Et vixit Sem
postq̃ gẽuit Arpharat
ãnis. 500. et genuit fili-
os ⁊ filias ⁊ moꝛtuus est. Arpharat
cum esset annoꝛũ. 135. genuit Canan
Et vixit Arpharat postq̃ genuit Cay-
nan annis. 430. et genuit filios et fili-
as. Caynan cum esset annoꝝ. 130. ge
nuit Salla. Et vixit Caynã postq̃ ge-
nuit Salla ãnis. 403. et genuit filios
⁊ filias ⁊ moꝛtuus est. Sala cũ esset
annoꝛum. 130. genuit Heber. ⁊ vixit
Sala postq̃ genuit Heber annis. 300
⁊ genuit filios ⁊ filias ⁊ moꝛtuus est.
Heber cum esset annoꝛũ. 134. genuit
Phalech. Et vixit Heber postq̃ genu
it Phalech ãnis. 270. ⁊ genuit filios
⁊ filias ⁊ moꝛtuꝰ est. Phalech cũ eẽt
ãnoꝛũ. 130. genuit Rhagau: Et vixit
Phaleç postq̃ genuit Rhagau ãnis.
290. ⁊ genuit filios ⁊ filias ⁊ moꝛtuꝰ
est. Rhagau cum esset ãnoꝛũ. 132. ge-
nuit Saruch. Et vixit Rhagau postq̃
genuit Saruch annis. 100. ⁊ genuit
filios ⁊ filias: ⁊ moꝛtuus est. Saruch
cum esset annoꝛum. 130. genuit Na-
choꝛ. ⁊ vixit Saruch pꝰq̃ genuit Na-
choꝛ annis. 200. ⁊ genuit filios ⁊ fili-
as ⁊ moꝛtuus est. Nachoꝛ cũ eẽt an-
noꝛũ. 89. genuit Thara. Et vixit Na-
choꝛ postq̃ genuit Thara annis. 129
⁊ genuit filios ⁊ filias ⁊ moꝛtuus est
Thara cum esset annoꝛũ. 70. genuit
Habꝛaham ⁊ Nachoꝛ ⁊ Aram. Arã
autẽ ante cõspectũ patris sui moꝛtuꝰ

est. Reliquidqꝫ filiũ qui nominabaẗ Loth: quem sociũ habuit Habrahã. Ab anno diluuij usqꝫ ad natiuitatem Habrahe sunt anni. 1720. Thara iste post mortem filij sui Aram adduxit omnes suos de sua regione ⁊ prouincia. i. Assyriorum vbi nati fuerunt. Et Habraham ⁊ Nachor ⁊ Aram mortuum filium: ⁊ venit in terra chanaã ⁊ habitauit ibi annis. 250. ⁊ mortuꝰ est in carra vbi habitauit in regione chananeorum.

Cuius Thare anno. 28. Assyriorum rex primus Bellus mortuus ẽ: quẽ Assyrij deũ nominauerunt. Et alij dicunt Saturnũ: atqꝫ filio suo regnũ tradiderũt Uocabaẗ autẽ Ninus huius Thare annos. 49. Sityoniorũ in Grecia regnauit Europs defuncto Egialeo: q primus Sicyoniorum regnauit: Ex q territoriũ Peloponesiorum Egialea vocabatur. Habraham Nachor Arram ⁊ cetera.

Nachor vir. Melcha coniunx.

| Filij Melce | Filij Hysmael |
|---|---|
| Ux | Nebeoth |
| Baux | Cedar |
| Camuel | Nabdeel |
| Caçar | Massa |
| Exau | Massina |
| Pheldas | Iduma |
| Jedaaph | Masse |
| Batuel. Iste ẽ q | Codar |
| supra Bathuel ex | Theman |
| q Rebecca. hec | Jethur |
| ẽ vxor Isaac | Naphas |
| Cõcubina regina | Codma |
| Filij Regine | Filij maciã. 5. |
| Chaman | Sephar |
| Thabech | Nephar |
| Thocos | Enoch |
| Mocca | Abira |
| Nascunẗ ergo | Regali |
| ex Nachore ⁊ | Ceta vxor habrahe |
| Mecha vxore filij | Filij Ceture. 6. |
| octo atqꝫ neptis | Zembra |
| Rebecca que fuit | Jethaam |
| vxor Isaac ⁊ ex | Madai |
| Regina ɔcubina | Maçiam |
| nascũẗ filij q̃ttuor | Jestoch |
| omnes ergo filii | Eseu |
| Nachor duodeci | Filij Lectaam. 3. |
| Habrahã maritꝰ | Sabba |
| Sarra vxor | Theba |
| Filii Sare | Dadan |
| Esau | Filii aũt Dadan. 5 |
| Jacob | Raguel |
| Cõcubina Agar | Nabdeel |
| ancilla Sare | Assurum |
| Hysmael | Latussum |
| | Jomim |

Braham primã etatem apud chaldeos agebat. Postea autẽ cum patre suo trãsmigrauit i charram terrã Chananeoꝝ vbi visus est illi de⁹ dicens. Exi de terra tua ⁊ de cognatiõe tua: ⁊ de domo patris tui: ⁊ veni i terram quam tibi ostẽdam: ⁊ faciam te in gentem magnã: ⁊ reliqua. Qui iussione obaudiens: accepto filio Aram fratris sui exiuit cum eo: ⁊ venit i terram Chanaan vsqꝫ ad locũ Sichem ad arborem excelsam: vbi visus ẽ illi deus atqꝫ ꝓmissionẽ seminis atqꝫ hereditatis dedit. Erat autem tunc annorum. 75. Habrahã aũt vixit annis 175. cuius tempora dinumerabimus annis expositis. Sed quia temporib⁹ patris sui Thare insignia regnorum esse coeperunt: iam quidem quo ãno fuerunt exposuimus. Modo aũt temporibus Habrahe annũ ad annũ cõparabimus: ut sciamus quid memorie dignũ: ⁊ quibus annis gestum sit: siue apud Hebreos siue apud Grecos siue barbaros ceterasqꝫ gentes: quaꝝ historiographi memoriã fecerũt.

Uando nat⁹ est Habraham iam regnabat rex secundus: qui vocabat̃ Ninus filius Beli. Nã primus Assyriorum regnauit Belus ãnis. 65. quẽ Assyrij deũ nominauere Saturnũ: quo defuncto regnũ accepit filius suus Ninus: qui regnauit annis. 52. Huius regni anno. 43. erat prim⁹ annus Habrahe. Sicyonioꝝ in Achaia regnabat rex secũdus: cui nomẽ erat Europs. Nam primus eoꝝ regnauit Aegyale⁹: ex quo Aegylea vocabat̃: que nunc dicit̃ Peloponessus qui regnauit annis. 52. quo defuncto regnauit Europs añ. 45. cui⁹ ann⁹ erat 22. prim⁹ annus Habrahe: Necnon apud egyptios erat. 16. potentia: sicut ait Manetho: per quẽ regnabãt Thebei annis. 190. quorũ primus annus erat eque primus Habrahe.

Sequit̃ in ãnis collectis regũ omniũ series in diuersis regnis.

Reges gentium diuersarũ qui fuerũt: uel quantum regnauerunt.

¶ Reges Assyriorum.

| | |
|---|---|
| ¶ Ninus primus | an̄.52 |
| Semiramis.2 | an̄.42 |
| Zameis.3 | an̄.38 |
| Arius.4 | an̄.30 |
| Aralius.5 | an̄.40 |
| Xerxes.6 | an̄.30 |
| Armamitres.7 | an̄.38 |
| Belotus.8 | an̄.35 |
| Baleus.9 | an̄.52 |
| Altadas. 10 | an̄.32 |
| Mamithus. 11 | an̄.30 |
| Mancalaeus. 12 | an̄.30 |
| Iphereus. 13 | an̄.20 |
| Mamilus. 14 | an̄.30 |
| Sparetus. 15 | an̄.40 |
| Ascades. 16 | an̄:40 |
| Amyntes. 17 | an̄.45 |
| Belothus. 18 | an̄.25 |
| Belepares. 19 | an̄.30 |
| Lamprides.20 | an̄.32 |
| Sosares.21 | an̄.20 |
| Lampares.22 | an̄.30 |
| Panuias.23 | an̄.45 |
| Sosarmus.24 | an̄. 19 |
| Mitreus.25 | an̄.27 |
| Tautanes.26 | an̄.32 |
| Tauteus.27 | an̄.40 |
| Thineus.28 | an̄.30 |
| Dercylus.29 | an̄.40 |
| Eupales.30 | an̄.38 |
| Laosthenes.31 | an̄.45 |
| Piriciades.32 | an̄.30 |
| Ophrateus.33 | an̄.20 |
| Ophratanes.34 | an̄.50 |
| Ocraçapes.35 | an̄.42 |
| Sardanapalus.36 | an̄.20 |

¶ Reges hi,1240,an regnauerunt.

¶ Reges Sicyoniorum.

| | |
|---|---|
| Europs primus | an̄.45 |
| Stelchin.2. | an̄.20 |
| Apis.3 | an̄.25 |
| Thelasion.4 | an̄.52 |
| Aegidius.5 | an̄.34 |
| Thurimachus.6 | an̄.45 |
| Leucippus.7 | an̄.53 |
| Mesappus.8 | an̄.47 |
| Eratus.9 | an̄.46 |
| Plemmeus. 10 | an̄.48 |
| Orthopolis. 11 | an̄.43 |
| Marathus. 12 | an̄.30 |
| Marathus. 13 | an̄.20 |
| Echireus. 14 | an̄.55 |
| Chorax. 15 | an̄.30 |
| Epopeos. 16 | an̄.35 |
| Laomedon. 17 | an̄.40 |
| Sicyon. 18 | an̄.45 |
| Polybus. 19 | an̄.40 |
| Inachus.20 | an̄.42 |
| Phestus.21 | an̄.8 |
| Adrastus.22 | an̄.4 |
| Polyphides.23. | an̄.31 |
| Pelasgus.24 | an̄.20 |
| Zeuxippus.25 | an̄.31 |

¶ Reges hi regnauerũt annis 862.post quos sacerdotes carnij constituti sunt.

¶ Reges Lacedemoniorũ.

| | |
|---|---|
| Eurystheus | an̄.42 |
| Agis | an̄.50 |
| Archestratus | an̄.35 |
| Labotes | an̄.37 |
| Doristus | an̄.29 |
| Agesilaus | an̄.44 |
| Archelaus | an̄.60 |

¶ Lacedemonioꝝ reges.

| | |
|---|---|
| Thelechus | añ.40. |
| Alcamenes | añ.37. |

¶ Macedonũ reges.

| | |
|---|---|
| Grãnaus | añ.28. |
| Coenus | añ.12. |
| Tyrimas | añ.38. |
| Perdica | añ.51 |
| Argeus | añ.38. |
| Philippus | añ.38. |
| Europus | añ.26. |
| Alcetas | añ.29. |
| Amyntas | añ.50 |
| Alexander | añ.43 |
| Perdicas | añ.28 |
| Archelaus | añ.24 |
| Orestes | añ. 3 |
| Archelaus | añ. 4 |
| Amyntas | añ. 1 |
| Pausanias | añ. 1 |
| Amyntas | añ. 6 |
| Argeus | añ. 2 |
| Amyntas iteꝝ | añ. 19 |
| Alexander | añ. 1 |
| Ptolemęus | añ. 4 |
| Perdicas | añ. 6 |
| Philippus | añ.27 |
| Alexander magnꝰ | añ. 12 |
| Arrhideus | añ. 7 |
| Cassander | añ. 19 |
| Antigonus ꝛ Alexander | añ. 4 |
| Demetrius | añ. 6 |
| Pyrrhus | m̃. 6 |
| Lysymmachus | añ. 5 |
| Ptolemęus | añ. 1 |
| Meleagros | m̃. 2 |
| Antipater | añ. 1 |

¶ Macedonũ reges

| | |
|---|---|
| Sostenes | añ. 2 |
| Antigonus | añ.36 |
| Demetrius | añ. 10 |
| Antigonus | añ. 15 |
| Philippus | añ.42 |
| Perses | añ. 10 |

¶ Itẽ Philippo.24.macędonũ rege regnante Asię primus regnauit.

| | |
|---|---|
| Antigonus | añ. 19 |
| Demetrius qui ꝛ Poliarcetes | añ. 17 |

¶ Syrię ꝛ Asię

| | |
|---|---|
| Seleuchus qui ꝛ nicatoꝛ | añ.52 |
| Antiochus soter. | añ. 19 |
| Antiochus q Theos. | añ. 15 |
| Seleucus Gallinicus | añ.20 |
| Ceraunos | añ. 3 |
| Antiochus magnus | añ.36 |
| Seleucus qui ꝛ Philopator | añ. 12 |
| Antiochus Epiphanes | añ. 11 |
| Antiochus qui ꝛ Eupator | añ. 2 |
| Demetrius qui ꝛ Sother | añ. 12 |
| Alexander | añ. 10 |
| Demetrius iterũ | añ. 3 |
| Antiochus fidetes | añ. 9 |
| Demetrius | añ. 4 |
| Antiochus grippus | añ. 12 |
| Antiochus cizycenus | añ. 18 |
| Philippus | añ. 2 |

¶ Post assyriorum reges medorum reges regnant.

| | |
|---|---|
| Arbaces 1 | añ.28 |
| Sosarmos 2 | añ.30 |
| Medidus 3 | añ.40 |
| Cardiceas 4 | añ.13 |
| Decicles 5 | añ.54 |
| Phaortes 6 | añ.24 |
| Cyaraxes 7 | añ.32 |
| Astyages 8 | añ.38 |

¶ Persarum

| | |
|---|---|
| Cyrus 1 | añ.30 |
| Cambyses 2 | añ. 9 |
| Fratres magi 3 | añ. 7 |
| Darius 4 | añ.36 |
| Xerxes 5 | añ.20 |
| Artaban⁹ 6 | añ 7 |
| Artaxerses 7 | añ.40 |
| Xerxes 8 | añ. 2 |
| Sogdianus 9 | añ. 18 |
| Darius nothus 10 | añ. 19 |
| Artaxerxes xerses qui et Mnemon. 11 | añ.40 |
| Arthaxerses qui et 12 | añ.26 |
| Arses 13 | añ. 4 |
| Darius arsam filius | añ. 6 |

¶ Subuerso persarum regno regnat Alexander añ.6. Incipiente alexandrinorum regno regnat Aegypto

| | |
|---|---|
| Ptolomeus lay filius | añ.40 |
| Ptolomeus philadelphus | añ.38 |
| Ptolome⁹ terti⁹ euergetes | añ.26 |
| Ptolome⁹ philopator | añ. 17 |
| Ptolome⁹ epyphanes | añ.24 |
| Ptolome⁹ philometor | añ.25 |
| Ptolome⁹ euergetes | añ.29 |
| Ptolome⁹ phiscō siue botē | añ. 17 |
| Ptolome⁹ alexander. | añ. 10 |
| Ptolome⁹ cleopatre fili⁹ | añ. 8 |
| Ptolome⁹ dionysius | añ.30 |
| Cleopatra | añ.22 |

Post īpatores romanorum regnauerūt

¶ Reges Argiuorum. 16. dinastia egyptiorum anno 161 p̄m⁹ argiuorum regnat

| | |
|---|---|
| Inachus | añ.50 |
| Phoroneus 2 | añ.60 |
| Apis 3 | añ.35 |
| Argus 4 | añ.70 |
| Brassus 5 | añ.54 |
| Phorbas 6 | añ.35 |
| Troypbas 7 | añ.46 |
| Crothopus 8 | añ.21 |
| Stenelus 9 | añ. 11 |
| Danaus 10 | añ.50 |
| Lynceus 11 | añ.41 |
| Abbas 12 | añ.23 |
| Proetus 13 | añ. 17 |
| Acrisius 14 | añ.31 |

¶ Argiuorū regnū transfertur in Micenas

¶ Mycenarum

| | |
|---|---|
| Perseus 1 | añ |
| Stenelus 2 | añ |
| Euristheus 2 | añ.45 |
| Atreus et Thyestes fratres 4 | añ.65 |
| Agamemnon. 5 | añ.35 |
| Aegystus 6 | añ. |
| Orestes 7 | añ |
| Thisamenus 8 | añ. |
| Penulus 9 | añ. |
| Cometes 10 | añ. |

Usq3 ad heraclidarum descensum

¶ Reges Corynthiorum
Rege Lacedemoniorum primo Euristheo anni eius primo primus Corinthiorum regnauit aletius añ.35.
Tryon 2 añ.2
Agilaus 3 añ.37
Pryminas 4 añ.35
Bacis 5 añ.53
Agelas 6 añ.30
Eridemus 7 añ.25
Aristhemedes 8 añ 35
Egemon 9 añ 16
Alexander 10 añ.25
Phelestheus 11 añ 12
Antomenes 12 añ 1

¶ Item Lidorum

Ardisus añ 26
Aliactes añ 14
Meles añ 12
Candaules añ 17
Gyges añ.35
Ardis añ.37
Sadiates añ.15
Aliates añ. 4
Croesus añ.5
¶ Hi reges regnauerunt

¶ Reges athenienſiũ

Rege.6. argiuorũ phorbe ánni eius 22 regnauit Athenienſiũ primus
Cecrops añ.50
Granaus añ 9
Amphitrion 3 añ 10
Ericbthonius 4 añ.50
Pandion 5 añ.40
Erichtheus 6 añ 50

¶ Athenienſiũ reges

Cecrops 7 añ.40
Pandian 8 añ 25
Ageus 9 padionis filius añ 48
Theseus 10 añ 30
Mnetheus 11 añ 24
Demophon 12 añ 33
Oxyntes 13 añ 12
Aphidas 14 añ 1
Thimoetes 15 añ 8
Melanthus 16 añ 37
Codrus 17 añ 21 — 11.
¶ Hinc magistratus quoad vixerũt regnauerũt quorum primus
Meodon añ 10
Augastus 2 añ 19
Archippus 3 añ 19
Thersippus 4 añ 41
Phorbas 5 añ 31
Mezades 6 añ 30
Diogenetus 1 añ 28
Pheredus 8 añ 19
Ariphron 9 añ 20
Thespieus 10 an 27
Agamnestor 11 añ 20
Aeschylus añ 23
Alcamenõ añ 2
Carops añ 10
Aesimedes an 10
Elidicus an 10
Hyppomenes an 10
Leocrates an 10
Absandor an 10
Eryxias an 10 20.
¶ Hinc principes annui constituti regnauerunt 31.

¶ Hebreoꝝ

Habraham an̄. 100
Isaac an̄. 60
Jacob an̄. 121
Joseph dux egypti an̄. 80
Hebrei seruiunt in Aegypto an̄. 144

¶ Hinc duces

Moyses an̄. 40
Jesus an̄. 27

¶ Hinc Judices.

Othoniel an̄. 40
Aoth an̄. 80
Barach an̄. 40
Gedeon an̄. 40
Abimelech an̄. 3
Thola an̄. 22
Lair an̄. 22
Jepthe an̄. 7
Esebon an̄. 7
Labdon an̄. 8
Samson an̄. 20
Heli sacerdos an̄. 40
Samuel et Saul rex an̄. 40.

¶ Hinc reges

Dauid rex an̄. 40
Salomon an̄. 40
Roboam an̄. 17
Abias an̄. 3
Asa an̄. 41
Josaphat an̄. 25
Joram an̄. 8
Ochozias an̄. 1
Gotholia an̄. 7
Joas an̄. 40
Amasias an̄. 29
Ozias an̄. 52
Joathan an̄. 16
Achaz an̄. 16
Hezechias an̄. 29
Manasses an̄. 55
Amon an̄. 12
Josias an̄. 32
Joachas m. 3
Joachim an̄. 11
Jechonias an̄. 3
Sedechias an̄. 11

¶ Judeoꝝ captiuitas an̄. 70. sub regibus gentiuꝫ deinde fuerunt anni. Post hos iteꝝ Duces hi.

Judas machabeus an̄. 3
Jonathas an̄. 19
Simon an̄. 8
Hyrchanus an̄. 26

¶ Hinc reges alienigene

Aristobolus an̄. 1
Janneus qui et Alexander. an̄. 27
Alexandra an̄. 9
Hyrchanus potifex an̄. 34
Herodes rex an̄. 27
Archelaus dux an̄. 9
Herodes thetrarcha an̄. 24
Agrippa an̄. 8
Agrippa rex an̄. 26

¶ Hebreoꝝ regnū a romanis finitum est ¶ Item reges in isrl̄.

Jeroboam an̄. 22
Nabab an̄. 2
Baasa an̄. 24
Hela an̄. 2
Ambri an̄. 12
Achab an̄. 22
Ochozias an̄. 2
Joram an̄. 12
Hieu an̄. 28
Joachab an̄. 17
Joas an̄. 16
Hieroboam an̄. 41
Zacharias an̄. 6
Sellū dies. 3
Manaem an̄. 10
Phaceas an̄. 10
Phacee an̄. 20
Osee an̄. 9

¶ Itē Aegyptiorum dinastia potestas extadecima sub Thebeis an. 190

| | |
|---|---|
| ¶ Pastores 17 dinastia | an. 103 |
| ¶ 18 dinastia politanorum | an. 348 |
| Amasis. 1. | an. 24 |
| Chebron. 2 | an. 13 |
| Amenophis. 3 | an. 21 |
| Mephres. 4 | an. 12 |
| Mispharmutosis 5 | an. 26 |
| Tuthmosis 6 | an. 9 |
| Amenoptes. 7. | an. 31 |
| Orus 8 | an. 38 |
| Acencris 9 | an. 12 |
| Achoris 10 | an. 9 |
| Chencres 11 | an. 16 |
| Acherres 12 | an. 8 |
| Cherres 13 | an. 15 |
| Danaus 14 | an. 5 |
| Aegyptus 15 | an. 68 |
| Menophis 16 | an. 40 |
| ¶ 19 dinastia | an. 194 |
| Zethus. 17 | an. 55 |
| Ramses 18 | an. 66 |
| Amenophis 19 | an. 40 |
| Ammenemes. 20 | an. 26 |
| Thuoris. 21 | an. 7 |
| ¶ 20 dinastia anni. 177 21 dinastia regnauit. | |
| Smendis | an. 26 |
| Psusenses | an. 41 |
| Nephercheres | an. 4 |
| Ammenophis | an. 9 |
| Osochor | an. 6 |
| Spinaces | an. 9 |
| Psusennes | an. 35 |
| 22 dinastia | |
| Sesoncoris | an. 21 |
| ¶ Aegyptiorum. | |
| Osorthon | an. 15 |
| Tachelotis | an. 13 |
| ¶ 23 dinastia | |
| ¶ Petubostis | an. 25 |
| Osorthon | an. 9 |
| Psammus | an. 10 |
| ¶ 24 dinastia | |
| Bochoris | an. 44 |
| ¶ 25 dinastia | |
| Sabachon | an. 12 |
| Sebicus | an. 12 |
| Tharacus ethiops | an. 20 |
| ¶ 26 dinastia | |
| Merres ethiops | an. 12 |
| Stephinatis | an. 7 |
| Nichepsos | an. 6 |
| Psameticus | an. 44. |
| Nechac qui et Nechephos | an. 6 |
| Psammites alius qui et Psammeticus | an. 12 |
| Uaphres | an. 30 |
| Anamasis | an. 42 |

¶ 27 dinastia in q̄ cābyses persarū rex obtinuit egyptum usq; ad darium filium xerxis an. 150

Deinceps alexandrine usq; ad octauianum Augustum regnauerunt.

¶ Item Latinorum reges

| | |
|---|---|
| Janus | añ |
| Saturnus | añ. |
| Picus | añ. |
| Faunus | añ |
| Latinus | añ |

¶ Qui regnauerũt sũt circiť ãnos. 150

| | |
|---|---|
| Aeneas | añ. 3 |
| Ascaniuus | añ. 38 |
| Syluius | añ. 39 |
| Aeneas syluius | añ. 31 |
| Latinus syluius | añ. 50 |
| Alba syluius | añ. 39 |
| Aegyptus syluius | añ. 24 |
| Capis sylui9 | añ. 28 |
| Calpetus syluius | añ. 13 |
| Tiberius syluius | añ. 8 |
| Agrippa syluius | añ. 40 |
| Aremulus sylui9 | añ. 19 |
| Auentinus syluius | añ. 37 |
| Procas sylui9 | añ. 23 |
| Amuliussylui9 | añ. 44 |

¶ Romanoꝝ reges

| | |
|---|---|
| Romul9 | añ. 28 |
| Numa pompili9 | añ. 41 |
| Tullius hostilius | añ. 32. |
| Ancus marcius | añ. 23 |
| Tarquinus priscus | añ. 37 |
| Seruius | añ. 34 |
| Tarquinus superb9 | añ. 35 |

Romę post reges exactos consules quotannis bini creati. Et in maxima vrbis calamitatę quñq3 etiã creabať dictator.

| | |
|---|---|
| Brutus primus | consul |
| Lucius | consul |

Largus dictator primus.

Titus publius ⁊ Marcus Gneus
Tribuni decem viri loco consultũ fuerunt instituti
Camillus dictator
Titus quintius dictator
Gaius martius
Marcus valetius
Mamlius decius
Papirius consul
Fabius Quintus Detius Consul
Dolobella Domitius
Pemilius Consul
Marcus Curius Consul
Geuntius Consul
Appius Claudius
Gneus Caius
Actilius Regulus
Pemylius Fabius
Lucatius Consul
Somponius Ualerius
Fuluus
Lucius Gaius
Scipio Flãminius
Paulus Terentius
Scipio Affricanus
Quintus Flãmini9
Marcus Cato
Tyberius Graccus
Publi9 longinus Licinius
Lucius paul9 Pemili9
Lucius aulius Lycinius
Lucius censorin9 Mares
Seruius flaccus fului9 quintus

Lucius celius metallus quintꝰ dictꝰ.
Fabius quintus marcus
Publius lucius calphurnius
Caius quintꝰ scipio manlius
Julius lucius marcus
Silla marius Caius
Pompeius marcellus
¶ Imperatores romanoꝝ
Caius Julius Cesar añ 4.menses. 7
Augustus cesar añ.56 m̃. 6
Tiberius añ.24
Cesar caligula añ.3 m̃. 10
Claudius añ. 13 m̃. 10 dies 20
Nero añ. 13.m̃.7 dies 29
Vespasianus añ.9. m̃. 10 dies 20
Titus añ.2 menses 2
Domitianus añ. 15 menses 5
Nerua añ. 1.menses 4
Traianus añ. 19 menses 7
Hadrianus añ.21
Antonius pius cum filijs
Aurelio et Lucio añ.22 menses 3
Marcus Antonius qui et verus et
Lucius aurelius
Commodus añ.29
Commodus añ. 16
Helius pertinax m̃.6
Seuerus añ. 19
Antonius Caracalla añ.6
Macrinus añ.1
Marcus aurelius 2
Antonius añ.4
Alexander Mame
filius añ. 13
Maximinus añ.3
Gordianus añ.6
Pilippus añ.7
Decius añ. 1 m̃.3
Gallus et volusianus

Valerianꝰ et gallienus añ. 15
Claudius anno. 1.m̃. 9
Aurelianus añ.5.m̃ 6
Tacitus m̃. 6
Phocianus 8 di.89
Probus añ.6 m̃. 4
Carus cum filijs Carino et numeria-
no añ 2
Dioclitianus añ.20
Valerius añ. 2
Constantinꝰ añ.30 m̃. 10
Constantinus Constantius et
Constans añ.34.menses.5.dies 13
Julianꝰ apostata añ.2 menses 8
Jouinianus m̃.8
Valentianus et valens añ. 14.m̃. 15
¶ Item lucidissima veritate scd̃m Al-
phonsium regẽ castelle astronomoꝝ
celebratissimo ab adam vsq3 ad ca-
thaclismũ ãni.2402.d.3 15.dr̃a. 16 1
